Fragmentarium

met se ad dñm. Certe illi q
fecerit uoluntatẽ dñi. sine
dubio ascendit incelũ. sic
dñs ds dicit. Vbi ego sũ
illic et minister m̃s erit.
et sicut moyses exaltauit
serpentem indeserto. ita
exaltari oportet filiũ hõis.
In hoc loco recordat̃ dñs qđ
legit̃ in libro numeri q̃n pp
isrt̃ murmurabat indeserto
cc̃ moysen et cc̃ dñm et ppt̃
hoc iratꝰ ẽ dñs. misit in eos
serpentes ignotos. qui sta
tim ut percutiebãt aliquẽ
moriebat̃ ille qui erat pcussꝰ.
Et cũ multi morerent̃. ue
nit ppl̃s ad moysen et dix̃.
Orat pro nob̃ ad dñm. qa õs
morimur. Et cũ orasset mo
yses iussit ei dñs facere ser
pentem eneum et iussit po
nere in colũpna et p signo
dic̃s. Si qs fuerit pcussus
et pspexerit eũ uiuet. Et fec̃
moyses sicut p̃cepit ei ds.
Et unũqsq; statim ut morde
bat̃ a serpentib; aspiciebat
serpentem eneum et sanabit̃.
Plage et uenena serpenciũ
significant uicia et peccata
que occidit aĩam. Serpens

eneus qui fuit positꝰ in colũp
na. significans dñm nr̃m q
erat exaltandus in cruce. Et
unũqsq; qui pcussus fuerit
a serpentib;. i. a uiciis et pec
catis. et credit in xp̃m qui
p salute mundi crucifixus ẽ
et seqt̃ p̃cepta eiꝰ. Certe ille
libat̃ a peccatis et libat a mor
te aĩm suã. Vt omis qui cre
dit in illo ñ peant. s; habeat
uitam etnã. Ille uo credit
in dñm. qui sic uiuit sicut xp̃s
p̃cepit. Et nos fr̃s kmi qui
credim in dñm. studeam ita
uiuere. ut ad uitã etnã pue
nire possim. Ipso adiuuante
qui uiuit et regn̄ Dom. i.

post Pent. lec̄ sc̄i euḡ luc.
In illo tempore Dixit ihc discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam
erat diues et induebat pur
pura et bysso. et epulabat̃
cotidie splend[illegible]
Oms acre[illegible] oml
[illegible]nr fr̃s k[illegible]
Oms hom[illegible]
p miam suam dignatus ẽ nob docere. qualiter
debeam fuge diuicias scl̃i.
et dignatꝰ ẽ nob demonstrare
qualit̃ querere debeamus

Mignani 1565

License: cc-by – Sansepolcro, Archivio Storico Diocesano, Archivio Vescovile, Pergamene, busta 3, n.6, 2r – Homiliary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-dwjz/9288/68692)